

δακτυλικὸν μονόμετρον ὑπερκατάληκτον / dactylicum monometrum hypercatalectum

– ∞ –

1. ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 105. 24 sqq. verum haec (*scil.* metra) coniuncta, quae graece ἀσυνάρτητα [non composita] nominantur, ita perfecta sunt, ut facile sit unam quamque partem coli determinatione adsequi, cuius sit aut proceritatis aut generis. illa autem quae Graeci συνεγκεχυμένα et ἀπεμφαίνοντα, quae nos confusa et immanifesta dicimus, non tam perspicua et aperta sunt, idcirco quod non tantum ex differentia diversorum metrorum coniungantur, verum ex eo, quod brevia et non perfectae proceritatis in hoc genere versuum cola, quae nos membra dicimus, sociantur. nam ferme a monometro brachycatalecto initium sumunt et non ultra dimetrum hypercatalectum crescunt. unde intellegi datur per singula metra, quae octo sunt numero, totidem incrementa differentiarum reperiri, id est octona in generibus singulis, ita: aut enim monometrum est brachycatalectum aut monometrum catalecticum aut monometrum <acatalectum aut monometrum> hypercatalectum; rursus aut dimetrum est brachycatalectum aut dimetrum catalecticum aut dimetrum acatalectum aut dimetrum hypercatalectum. quorum exempla in dactylico, quod est in coniunctis magis cognitum, ostendam. est itaque monometrum dactylicum brachycatalectum φεῦ, catalecticum autem addita syllaba brevi φεῦγε, acatalectum vero monometrum pes integer dactylus φεύγετε, hypercatalectum autem, si pedem dactylum una syllaba brevis excedat, ut est φεύγετέ με.

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 106. 20 sqq. proponamus itaque canonem dactylici in exemplum reliquorum septem metrorum, qui est, ut ceteri, aequae octo differentiarum ita: nam aut dactylicum monometrum brachycatalectum dactylico monometro brachycatalecto copulatur aut idem brachycatalectum catalectico aut acatalecto aut hypercatalecto, et rursus idem brachycatalectum dactylicum dimetro brachycatalecto aut dimetro catalectico aut dimetro acatalecto aut dimetro hypercatalecto sociatur, quae sunt commutationes octo canonis unius. igitur eo pacto, quo monometrum brachycatalectum percurrens octo canonas, ut ostendimus, fecit differentias LXVIII, ita et monometrum dactylicum catalecticum et acatalectum et hypercatalectum: cum suum ceteros que canonas tam per monometrum quam per dimetrum singula metra percucurrerunt, procul dubio octies sexagenae quaternae differentiae colliguntur. ex quibus efficitur numerus differentiarum in una quaque metri specie quingentarum XII. si ergo unius canonis haec summa de differentiarum multiplicatione colligitur, manifestum apud omnes erit octo canonum, id est metrorum principalium, multiplicationibus octies quingentas XII differentias fieri, quae in summam maioris numeri redactae efficient differentiarum, quibus ἀσυνάρτητα, id est inconexa, colliguntur, quattuor milia XCVI genera, quae per metrorum clausulas mutua earundem alternatione efficiuntur.



– ∞ – ∞ –

2. SCHOL. REC. ANON. in Aristoph. *nub.* 275a (p. 256 Koster) ἡ τοῦ παρόντος χοροῦ ᾠδὴ κώλων ἐστὶ ἰδ', ὧν τὸ α' ἐλεγείον ἐστὶ τὸ δὲ ἐλεγείον σύγκειται ἐκ δύο δακτυλικῶν μονομέτρων ὑπερκατάληκτων, τουτέστιν ἐκ β' ποδῶν καὶ συλλαβῆς καὶ πάλιν β' ποδῶν καὶ συλλαβῆς.

SCHOL. REC. ANON. in Aristoph. *nub.* 457a. 7 sq. (p. 294 Koster) τὸ ι' δακτυλικὸν μονόμετρον ὑπερκατάληκτον καὶ αὐτὸ πενθημιμερὲς καλούμενον ... 12 sq. τὸ ιζ' δακτυλικὸν μονόμετρον ὑπερκατάληκτον. [S.D.B.]